Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Nu. 13 et 14. Moyses dixit ad
Josue conforta et esto robustus tu
introduces populum israhel Nu. 13. Perges
Josue ad bellum contra Gayn erat in fron
te exercitus quasi confortans alios
sequentes regibus et principibus in exercitu
Josue. Captis quinque regibus di
xit Josue principibus ponite pedes
super colla regum et nolite timere Jo
sue 10. Ahyoth princeps confor
tavit populum dicens Sequimini me tra
didit dominus inimicos nostros in mani
bus nostris Judicum 3. Judas Macha
beus hortabatur milites suos
dicens estote fortes in bello 1.
Mach. 3 et 4. capitulo. Fortis et
audax debet esse vir bellator
ad pugnandum. Nam secundum Tulium me
lius est pugnare quam pugnari magis
cum habet antiquum qui potest dare
primos ictus sic superavit David
cum uno milite ad castra Saul et
abstulit sceptrum et hastam eius
1 Reg. 26. Jonathas cum solo armi
gero intravit in philisteos et per eum
filii israhel victoriam habuerunt 1 Reg. 14.
Tres milites David intraverunt in
castra philistinorum et diviserunt
eos 2 Reg. 23. Judas Machabeus
viriliter transivit Jordanem et irruit
in hostes 1 Mach. 5. Eleazar au
dacter irruit in elephantem et oc
cidit eum licet ipse postea sit mor
tuus 1 Mach. 6. Machabeus
et socii eius more leonum irruentes
in hostes occiderunt multitudinem
inimicorum 2 Mach. 11. For
tis est et nichilominus strenuus

qui strenue et valenter resistit licet
aliquando periclitetur. Ideo filii israhel arma
ti ascenderunt de terra egypti ut se
ab insequentibus tuerentur Exo. 13.
Filii israhel una manu edificabant et
alia tenebant gladium ut resisterent ini
micis Neemie 4. Audientes filii
israhel potenciam holofernis viriliter
paraverunt se ad resistendum ei Judith
4. Magna fortitudine fuit Ma
thathias ad resistendum hostibus
iudeorum 1 Mach. 2. Fortitudo per
fectissima est tolleracio adversorum unde
dicit philosophus 2° Ethicorum fortitudo
est considerata periculorum susceptio et
laborum perpessio. Talis fortitudo apud
deum tolleravit fornacem dicentes regi
deus potest nos eripere de camino ignis
Dan. 3. Stephanus plenus
gratia et fortitudine viriliter sustinu
it lapides et cetera de aliis martiribus
Act. 7. Capitulum 91m

Fortes sunt aliquando mulieres
ad virorum liberacionem, ad
adversorum tolleracionem, ad amorum demon
stracionem. Fortes sunt mulieres
invente ad salvandum viros in sacra
scriptura et aliquando periculis se exponentes.
Nam delbora sic sua fortitudine
populum liberavit cum iudicaret israhel
et barach noluit exercitum ducere ipsa
non volente nisi ipsa iret cum eo Judicum
4. Viriliter salvavit abygail vi
rum suum a morte et dissipacione 1
Reg. 25. Magno periculo exposuit
se hester ut populum liberaret alta
sima / hester 6. Judith fuit in magnis